Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

docuerit / hic magnus uocabitur in regno
celorum. Dico enim uobis / Quia nisi abun
dauerit iustitia uestra plus quam scribarum
et pharisaeorum / non intrabitis in regnum
celorum. Audistis quia dictum est antiquis /
non occides. Qui autem occiderit reus erit
iudicio. Ego autem dico uobis / Quia omis
qui irascitur fratri suo. reus erit iudicio.
Qui autem dixerit fratri suo racha / reus erit
concilio. Qui autem dixerit fatue / reus erit
gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum
ad altare. et ibi recordatus fueris quia fr
tuus habet aliquid aduersum te / relin
que ibi munus tuum ante altare. et uade
prius reconciliari fratri tuo / et tunc ue
niens offeres munus tuum. Esto consen
tiens aduersario tuo cito dum es in uia cum
eo / ne forte tradat te aduersarius iudici.
et iudex tradat te ministro. et in carcere